



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

4. Sedes Apostolica &c. Capitulum Canonicorum à Sæcularisatione  
Abbatiae Benedictinæ S. Bavonis recens erectum transfert ab Ecclesia S.  
Bavonis, (quæ ad construendam Arcem diruebatur;) ad Ecclesiam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

## PAULUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei Dilectis Filiis, Capitulo & Canonici Ecclesiae Gebennensis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

**E**x parte Venerabilis Fratris Petri Lamberti Episcopi Caeretanensis, Referendarii nostri, fuit nuper propositum coram nobis. Videlicet quod cum favente in Civitate Gebennensi pestifera heres Lutheranae Sectatorum persecutione, vos ab Ecclesia vestra Gebennensi, & Civitate praedicta per Cives & incolas ipsius Civitatis impie expulsi, ac Calicibus, & sanctarum Reliquiarum repotoris, nec non pluvialibus & aliis sacerdotalibus indumentis, ac paramentis & ornamentis divino Cultui ipsius Ecclesiae dicatis, spoliati fuisseis; Vos noientes propter eam cultum divinum hujusmodi prætermittere, & ab obsequiis divinis desistere, prout nec desistitis, tandem in Ecclesia domus Sanctæ Crucis oppidi Anneci, ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum Gebennensis Diœcesis, de confensu, & voluntate ipsius Petri Episcopi, ejusdem Domus fundatoris ac dilectorum Filiorum illius Fratrum vos reduxistis, & imibi extunc Capitulares, & alias Missas, ac omnes & singulas horas Canonicas diurnas, & nocturnas juxta morem ipsius Ecclesiae Gebennensis celebratis & decantatis, prout celebratis & decantatis de presenti, & licet vos in praefata domo, nisi solum & duntaxat in illius Ecclesia, tempore celebrationis divinorum, nullatenus vos intromittatis, ac de paramentis, eidem divino cultui necessariis provideritis, Vosque & Fratres praedicti in divinorum celebratione vos non impediatis, cum domus & Ecclesia hujusmodi ad hoc capaces existant; & si Ecclesia & domus hujusmodi vobis pro divinis celebrandis concessa non fuerit, vos in partibus illis Ecclesiam ita comnodam non reperiretis, nihilominus a nonnullis hesitari posset, an vos, qui Presbyteri & Clerici Seculares effis, in Ecclesia Regulari Missas, & alia divina Officia celebrare & recitare possitis; pro parte dicti Petri Episcopi, qui etiam litterarum Apostolicarum Corrector ac majoris Praesidentiae Abbreviator exiit, &, ut asseritur, Canonicatum, & Præbendam ejusdem Ecclesiae Gebennensis, ex Concessione Apostolica obtinet, nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum restituio vestra forsan ad aliquod tempus differatur, vobis super his opportunitate provide de benignitate Apostolica dignarum.

Nos igitur, qui modestis petitionibus libenter prebemus auditum, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis & aliis personis & ministris ejusdem Ecclesiae Gebennensis, ut quamdui veitrum exilium ab Ecclesia Gebennensi, & Civitate praedictis, ac persecutori Lutheranorum hujusmodi duraverit, in Ecclesia domus hujusmodi, de confensu dicti Petri Episcopi illius Fundatoris & absque præjudicio ipsorum Fratrum, Capitulares & alias Missas ac horas Canonicas diurnas & nocturnas, aliaque divina Officia juxta usum Ecclesiae Gebennensis hujusmodi decantare, & recitare, ac Capitulum veitrum in Ecclesia domus hujusmodi, seu illius Capitulari celebrare libere & licite valeatis, permisis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non ipsius Ecclesiae Gebennensis, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortatis Statuis & Consuetudinibus ceterisque contraria nequaquam obstinatis, Autoritate Apostolica tenore praesentium de speciali gratia indulgamus.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostri induiti infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo Quingentesimo Trigesimo Nono, Decimo Calendas Martii, Pontificatus nostri, anno sexto. Sign. Bernardus.

Capitulum Canonorum à Sæcularisatione Abbatiae Benedictine S. Bavonis recens erectum transfert ab Ecclesia S. Bavonis, (quæ ad construendam Arcem diruebatur;) ad Ecclesiam Parochialem Sancti Joannis: anno 1540.

## PAULUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

**S**edes Apostolica, æqua semper in omnibus distributrix, ea quæ rationabiliter, maximè pro Ecclesiæ & Ecclesiasticarum Personarum necessitate getta, & concilia fore dignocuntur, ut illibata persistant, Apostolico consuevit muninime roborare.

Sanè Carissimus in Christo Filius Noster Carolus Romanorum Imperator, semper Augustus, qui etiam Castella, & Legionis, ac Arragonias Rex, nec non Flandriæ Comes existit, suo, & dilectorum Filiorum Præpositi, & Capituli Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiae Sancti Bavonis Oppidi Gandavensis Tornacensis Diœcesis nominibus nobis nuper exponi fecit, quod dudum dilecto Filio nostro Alexandro Sancti Laurentii in Damasco Diacono Cardinali de Farnesio nuncupato, Sanctæ Romanæ Ecclesiae Vicecancellario, tunc in partibus illis nostra, & Sedis Apostolicae de Latera Legato, pro parte ejusdem Caroli Imperatoris exposito, quod ipse Carolus Imperator ad Oppidanorum dicti ejus Oppidi Gandavensis sub debitis fidelitate, & obedientia animos continebodus, ac inter eos, & totam Patriam, nec non Comitatum suum Flandriæ pacem, & tranquillitatem perpetuò fœvendam, & conservandam, aliisque necessariis, & urgentissimis causis animum suum moventibus, unam munitam arcem, sive Fortalitium in situ dictæ Ecclesie Sancti Bavonis, loco ad id convenientiori construi, & ædificari facere incepit, ad quod pro Arce, seu Fortalito hujusmodi fœienda, seu faciendo, totam Ecclesiam prædictam, seu ejus majorem partem demoliri oportebat.

Ac propter eam Alexandro Cardinale, & Legato pro parte ejusdem Caroli Imperatoris instanter supplicato, ut in dicta Ecclesia nomen Collegiatæ penitus, ac in Parochiali Ecclesia S. Joannis hujusmodi, ejusdem supprimere, ipsamque Ecclesiam Sancti Joannis, ad quam idem Carolus Imperator, (qui in illa Baptismatis Sacramentum suscepit) singularem gerebat devotionis affectum, in Collegiatam Ecclesiam sub invocatione Sancti Bavonis erigere, & instituere, & ad illam Capitulum, & Menlam Capitularem ipsius Ecclesiae Sancti Bavonis transferre dignaretur.

Dictus Alexander Cardinalis, & Legatus, sufficienti ad id, ut afferebat, per Litteras dictæ Sedis facultate munitus, ipsius vigore, precibus ipsius Caroli Imperatoris in ea parte inclinatus, in Sancti Bavonis nomen Collegiatæ, & in Parochiali Ecclesia prædicta invocationem Sancti Joannis hujusmodi perpetuò suppressit, & extinxit, eandemque Parochialem Ecclesiam in Collegiatam, sub invocatione ejusdem Sancti Bavonis cum Collegiabus insigniis perpetuò erexit, & instituit, ac Abbatiam, seu Præposituram principalem, nec non reliquas Dignitates, Canoniciatus, & Præbendas, Cappellianas, & Beneficia dictæ Ecclesie S. Bavonis, cum anniversariis, foundationibus, provisoriis, Collationibus, Patronatu, & Funeralibus, ac aliis iuribus, Jurisdictionibus, Censibus, fru-

cibus,

IV.  
Ex Op.  
Dipl. Mi-  
rei Tom.  
II. p. 109.

stibus, redditibus, & proventibus, nec non tam personalibus, quam realibus praeminentiis, immunitatibus, exemptionibus, privilegiis, honoribus, franchitiis, & gratiis, Lampadibusque, Ss. Corporum Reliquis, Reliquariis, Campanis, Libris, Calicibus, Crucibus, Ornamentis, Feretris, Clenodiis, aliisque mobilibus, & immobilibus, ac se moventibus Bonis ad dictam de novo erectam Ecclesiam transtulit, illaque omnia eidem de novo erectae Collegiate Ecclesiae perpetuo applicavit, & appropriavit; Ac tunc Episcopo Tornacensi, seu pro eo Pontificalia Officia exercenti, aut cuiuscumque alii Ecclesie Pralato, vel in Ecclesiastica potestate constitutae personae translationem ipsam, cum solemnitatibus, & Ceremoniis in similibus necessariis, & opportuniis adhiberi solitis, faciendo, nec non prefato Carolo Imperatori pro dicta Arce, seu Fortalito construenda, seu construendo, dictam Ecclesiam Sancti Bavonis, seu partem ex eo demoliendi licentiam, & facultatem concessit, prout in patentibus ejusdem Cardinalis & Legati Litteris defuper confessis dicitur plenius contineri.

Quare praefatus Carolus Imperator suo, ac Praepositi, & Capituli praedictorum nominibus praefatis nobis exponi fecit, ut suppressioni, extincione, erectioni, institutioni, translationi, applicationi, appropriationi, & concessioni hujusmodi pro illarum subsistente firmiori robur Apostolica firmitatis adjicere, & alias in praemissis opportunae providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui cunctorum, potissimum Cæsarē Celstudine fulgentium votis, quantum cum Deo possumus, libenter annuimus, Praepositem, & Capitulum praefatos, ac eorum singulos ac quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, suppressionem, extincionem, erectionem, institutionem, translationem, applicationem, appropriationem, & concessionem praeditas, ac prout illas concernunt, omnia, & singula alia in dictis praestitibus Litteris quomodolibet contenta, ac inde sequita quæcumque, nec non omnes, & singulas gratias, indulgentias, non tamen plenarias, privilegia, immunitates, prærogativas, exemptions, præsertim per Felicis recordationis Julium Papam secundum, & quoscumque alias Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac alias Ecclesiasticas, & Sæculares personas, tam in genere, quam in specie, etiam individuam, & expressam mentionem requirentes, dudum eidem Ecclesiae olim S. Bavonis tunc Regulari, ac postmodum suppresso in ea omni statu regulari, in Sæcularem, ac Collegiatam Ecclesiam erectæ, illiusque Praeposito, dignitates obtaintibus Canoniciis, & Capitulo per nos quomodolibet concessos, & conceitos, ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, Auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac pro potiori Cautela illa omnia, & singula, prout tum per dictum Alexandrum Cardinalem, & Legatum gesta, quam per Julium, & alios Prædecessores, ac alias personas praefatas concessa sunt, eidem noviter erectæ Collegiate Ecclesie, illiusque Praeposito, dignitates obtaintibus Canoniciis, & Capitulo pariformiter, & absque ulla penitus differentia de novo concedimus, ac perpetuae firmitatis robur, perinde ac si eidem noviter erectæ Ecclesie, illiusque Praeposito, ac Capitulo concessa extitissent, obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, omnesque & singulos juris, & facti defectus, si qui

forsitan in praemissis omnibus intervenerint, supplemus.

Neconon Reformatibus Curatis nuncupatis, Capellaniis, Vicariis, Ministris & Officiariis, in olim Sancti Bavonis, ante illius demolitionem, ac in olim Sancti Joannis noviter erecta Ecclesie prædictis nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus & singulis Gratias, Indulgentiis, Privilegiis, Immunitatibus, Prærogativis, Libertatibus & Exemptionibus, etiam per Julium, & alios Prædecessores praefatos Ecclesie olim Sancti Bavonis, tunc Regulari, & pro tempore existentibus Praeposito, dignitates obtaintibus Canoniciis, & Capitulo etiam, ut præmititur, concessis, & quibus illi utuntur & potiuntur, ac uti, potiri & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum pariformiter, & æquè principaliter, ac sine ulla penitus differentia uti, potiri, & gaudere liberè & licite possint, indulgimus.

Et sic in praemissis omnibus & singulis per quoscumque Judices, quavis auctoritate fulgentes, sublatâ eis, & eorum, cuilibet quavis alteri judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, neconon quidquid fecus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decemimus.

Quocirca S. Rumoldi Mechliniensis Cameracensis Diœcesis, & S. Pharaïchæ ejusdem Gandavensis Opidorum Praepositus, ac Decano S. Donatiani Brugensis dicta Tornacensis Diœcesis Ecclesiarum per Apostolica Scripta mandamus, quatenus ipse, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Caroli Imperatoris, & pro tempore existentis Praepositi & Capituli praedictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requiriti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis præsidio assidentes, faciant auctoritate nostra praesentes litteras, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos, quos ipsæ praesentes litteras concernunt, illis pacifice gaudere; non permitentes eos desuper contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, contradicentes quoslibet, & rebelles per Censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, etiam quoscumque quorum interest, etiam per edictum publicum locis publicis affigendum, confito summarie de non tuto ad eos accessu, citando, ac quibus & quoties inhibendum fuerit, etiam sub similibus Sententiis, Censuris & Pœnis inhibendo, neconon Censuras & Pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Non obstantibus praemissis, ac piæ memorie Bonifaci Papæ Octavi Prædecessoris nostri, quæ cavetar, ne quis extra suam Civitatem & Diœcemin, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem à fine sue Diœcesis ad judicium evocetur, seu ne Judices in Sede prædicta deputati extra Civitatem vel Diœcemin, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vices suas committere præsumant, & de duabus dienis in Concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium non trahatur, & quibusvis alii Apostolicis, neconon in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, ac dictæ Ecclesie olim Sancti Bavonis juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & Confuetudinibus, neconon quibusvis Privilegiis, Indultis Apostolicis, quomodolibet, ac sub quibuscumque tenoribus & formis, nec non cum quibusvis clausulis & decretis concessis, approbatis & innovatis.

Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda faret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ac verbum infererentur, praestitibus pro sufficienter ex-

pressis habentes, illis alias in suo robore permane-  
suris, hac vice duntaxat, specialiter & exprefse de-  
rogamus, contrariis quibuscumque.

Aut si aliquibus, communiter vel divifim, ab eadem  
Sede indultum, quod interdici, suspendi vel  
excommunicari non possint, per Literas Aposto-  
licas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo  
ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum licet, hanc pagi-  
nam nostrae Abfolutionis, Approbationis, Confor-  
mationis, Supplicationis, Innovationis, Concessio-  
nis, Derogationis infringere, vel ei aufu temera-  
rio contrarie. Si quis autem hoc attentare prae-  
sumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac  
Bearorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-  
verit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno mil-  
lesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Nonas  
Decembbris, Pontificatus nostri anno septimo.

stolatus apicem, meritis licet imparibus, per eos-  
dem Fratres electi, Capitula ipsa, prout illa in mi-  
noribus constituti promiferamus, subscribendo pure,  
simpliciter & bona fide ad litteram obſervare, &  
adimplere ſolemni voto promiferimus & juraveri-  
mus, & ita illa omnia ad unguem omnino ob-  
ſervare intendebamus: idcirco imprimitis promitti-  
mus & juramus, quod omnibus viribus nostris  
conabimur & curabimus, pacem inter Principes  
Christianos componere; & cum effectu faciemus,  
quod universalis Ecclesia & Romana Curia refor-  
metur, prosequendo reformationem à pie memori-  
iae Julio Papa III. inchoatam, ipsamque Cu-  
riam non transferemus extra aliam urbem Ro-  
mam, nec de loco ad locum, aut de Provincia  
ad Provinciam; quodque numerus Venerabilium  
Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium statuatur  
ac restringatur, & ex nunc ad numerum quadra-  
ginta ejusdem S. R. Ecclesiæ ex omnibus nationi-  
bus, fine præjudicio præfentium, ad summum sta-  
tutus & reſtrictus ceneſatur; ac interim quoque  
diſti Cardinales, qui nunc ſunt, ad hunc numerum  
reducantur, à novorum Cardinalium promotione  
abſtinebimus. Licebit tamen nobis de pileo noſtro,  
prout nobis videbitur, liberè diſponere; ac duos  
vel tres alios Cardinales, etiam ante numeri hu-  
juſmodi reductionem, ex Confanguineis noſtriſ  
infra tertium gradum, ante vel poſt reductionem  
eandem, mođo ultra duos non promoveamus, creare.

Non etiam affumemus Cardinales, niſi in ætate  
ſaltem viginti quinque annorum conſtitutos, ac  
viros bona vitæ, conuerſationis & famæ, ac literarum  
ſcientiæ, & bonis moribus præditos; ser-  
vabimusque Decretum prediſti Praedecessoris in fa-  
cro Confitorio editum, de duobus fratribus ger-  
manis ad Cardinalatus honorem non affumendis;  
quod extendant & extenſum eſſe ceneſatur, etiam  
ad patruum & nepotem, ut eodem tempore nullo  
modo in eodem Collegio eſſe poſſint. Et insuper,  
juxta antiquam & laudabilem conſuetudinem, pro-  
motionem faciendam, ſaltem per octo dies ante  
Cardinalibus in Confitorio tunc præfentibus de-  
nuntiare, & Cardinales creandoſ in iſpa publica-  
tione publicare debeamus, nec quemquam eorum  
in peſtore reſerve, aut aliquo modo exquisito,  
ſecretum etiam ad breve tempus tenere; quodque  
omnes & singuli ejusdem S. R. E. Cardinales pro  
tempore exiſtentis, ex omnibus & singulis ſuis  
bonis, etiam ex fructibus Cathedralium, etiam  
Metropolitanarum Eccleſiarum aut Monasteriorum,  
& aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quoru-  
cumque perceptis, & pro tempore perciendiſ, tam  
inter vivos, quam in ultima voluntate, inter  
quacunque perſonas, liberè testari & diſponere  
poſterunt, nec ad aliquam particularem licentiam  
ſeu facultatem defuſer obtinendam, illa unquam  
neceſſitate cogentur.

Et si contingit, aliquem ex eisdem Cardinali-  
bus ab intefato, & fine illa rerum ac bonorum  
ſuorum diſpositione decedere, quod eius ſpolia ad  
Cameram Apostolicam non pertinebunt, fed inter  
illius hæredes & familiareſ, arbitrio trium Sacri  
Collegii Cardinalium hujusmodi, in ordine pri-  
orum, pro tempore exiſtentium, diſtribuantur; ac  
Cardinalibus, quorum fructus ſeu redditus Eccleſiaſ-  
ticū ad valorem ſex milium Ducatorum auri de  
Camera non aſcendent, de proventibus ejusdem  
Camera ſue ad ſummam ducentorum Ducato-  
rum ſimilium quolibet mense providebimus: ita  
quod ſolunio incipiat à die Assumptionis, fine illa  
excomputationes pecuniarum antea perceptarum. Et  
nihilominus curabimus dictam Cameram ab ejus-  
mo onere liberare, eisdem Cardinalibus providendo,  
uſque ad ſummam ſex milium Ducatorum hujus-  
modi de redditibus bonorum Eccleſiaſticorum, pra-  
fertim per obitum Cardinalium vacantium. Iſique  
Cardinales erunt exempli à decimis, gabbellis, ac  
quibuscumque aliis impositionibus, & oneribus or-  
dinariis & extraordiariis, quacunque de cauſa us-

## PAULUS QUARTUS.

PONTIFEX CCXXVII.

ANNO DOMINI MDLV.

Paulus Neapolitanus, prius Joannes Pe-  
trus Caraffa, successor Marcelli II. anno 1555.  
Latinè, Gracè & Hebraicè doctus, Theati-  
norum Auctor, ſeverus in delinquentes, Pri-  
vilegiis Populo Romano conceſſis, ſtatuum  
ex marmore meruit. Moriturus Cardinali-  
bus Sanctam Inquisitionem commendavit,  
quaē tamen ipsum adeò inviſum reddiderat,  
ut quum animam ageret, Carcere Inquiſi-  
tionis ſuccenſo à furente plebe, Cœnobium  
Dominicanorum Inquisitorum in ſummo fuit  
discrimine, impetuque in Capitolium facto,  
ſtatuae marmoreæ Pontificis, capite, dex-  
trâque truncata, toto triduo per urbis vias  
volutata, poſtremò in Tiberim proiecta  
fuerint, Inſignibus Gentilitiis omnibus uno  
die ſublati, & Cadavere Pontificis tenui  
pompâ ſepulto: anno 1559. (*Magni Bul-  
larii Romani hujus Editionis Lux. 1727.  
Tom. I. fol. 816.*)

L.  
Ex Mem.  
du Clergé  
de France  
Tom. 2.  
pag. 604.

Indultum confeſſum S. R. E. Cardinalibus, poſt  
Conventions inter ſe factas, in Conclavi Sede  
vacante, quod vulgo *Compactum* dicitur; anno  
1555.

## PAULUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad futuram rei memo-  
riam.

**D**ecet Romanum Pontificem, Domini noſtri  
JESU CHRISTI in terris Vicarium, ea  
quaē, etiam antequam ad Summi Apofolatus apicem  
allumptus eſſet, inter iſum & alios Cardinales  
pro bono pacis, & felici regimine iſius Romana  
Ecclesiæ, & Status Eccleſiaſticī maturo confilio ordi-  
natā & promiſa exiſtunt, ſempre rata habere,  
& illis, quo firmitius ſubſtant, Apofolici Munimi-  
ni ſruber adjicere. Cum itaque noſ tunc in mi-  
noribus conſtitui, & Epifcopus Ostiensis, Sede Apo-  
ſtola per obitum felicis recordationis Marcelli Pa-  
pæ II. Praedecessoris noſtri vacante, in Conclavi,  
in quo diuinā favente clementiā ad Summum Apo-  
ſtolatus apicem allumpti fuimus, una cum Vene-  
rabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, in  
iſo Conclavi pro electione futuri Romani Pon-  
tificis celebranda intereffentibus, certa Capitula inter  
nos & iſos Fratres mature confilio facta, ſu-  
ſcripferimus, & poſtmodum ad hujusmodi Apo-

que